

Bischof Konrad (von Utrecht) dankt dem Bischof Udo (von Hildesheim) für seine Standhaftigkeit gegen Markgraf Ekbert II.

[1080, vor Mai 25.]

Hdschr.: Codex epist. imperatorum etc. XI. 671 fol. 213. K. Bibliothek Hannover.

5 Gedr.: Sudendorf, Registrum 1,60.

Anm.: Abfassungszeit des Briefes vergl. Einl. 99 Anm. 94, 100 Anm. 95—97. S. A. 185 Anm. 94, 186 Anm. 95 u. 96, 187 Anm. 97.

V[doni] venerabili episcopo C[uonradus] domini gratia quod est in eadem sancta spe dilectionem cum fidei devotione. Ex literis tuis iam certior de tua fide primum de omnibus
 10 charitati tuae gratias ago, quia verbis meae legationis satis respondisti pro voto, precipue quod marchio E[cbertus] in sua spe frustrabatur, dum te frustra dando et pollicendo in meam, ut ait controversiam, sollicitare nitebatur. Quod autem, sicut mandasti, omnes vos inquietat ad meam oppressionem et, nisi acquiescatis, suam vobis minatur subtrahere fidelitatem, hinc^{a)} certe est, quod iam affectavit sibi viam et accessum ad gratiam domini
 15 nostri regis est^{b)}, quia postea domino volente non potest, si in hanc partem concesserit, per Saxones, si posset, prius mihi nocere et insidiari festinat. Unde non iuste argueris vel periculum times a vicinis, si sui causa mihi nocere aliquatenus distuleris. Desiderantissimam^{c)} mutuae vestrae dilectionis salutationem ad presens compellor differre, quia rediens de Fresia hanc tuam legationem suscepi Groninne in ipso itinere, quod coepi Ma-
 20 gontiam, ubi principes regni condixerant in festum sancti Margarethae. Inde, cum primum divina elementia nos reduxerit, et locus et tempus colloqui nostri in tuo arbitrio sit. Tua saltem discretio locum nobis provideat, ubi, sicut dixisti, facie ad faciem, ore ad os, viva voce secreta cordium tutis deponantur auribus et hostium insidias declinare nobis liceat. Ego certe in reformandam fidem operam dabo et hanc minime exigo, quia voluntariam a
 25 te non extortam spero. Iam sopitum vestrae dilectionis ignem domini pietas resuscitet in scintillas, ut fomentis sanctae charitatis alterutrum nutritus quandoque latius surgat in flammis. Vale.

*König Heinrich IV. schenkt einem gewissen Chitele drei Villen, Mutzschen, Böhlitz und Mahlis sammt
 30 einem genau begrenzten und beschriebenen Walde bei Mutzschen im Gau Chutizi in der Grafschaft Ekberts.*

Regensburg, 1081 März 18.

Hdschr.: Or. Perg. Hauptstaatsarchiv Dresden No. 33. Abgebildet in v. Sybel und Sickel, Kaiserurk. in Abbildungen Lief. II. Taf. 25.

Gedr.: Stumpf, Reichskanzler, Acta imperii 77. Stumpf 2828.

35 Anm.: Vergl. Einl. 84 Anm. 2, 101 Anm. 102, 102 Anm. 105, 189 Anm. 141, 190 Anm. 150. S. A. 156 Anm. 2, 188 Anm. 102, 190 Anm. 105, 352 Anm. 141, 354 Anm. 150.

(C.) : In nomine sancte et individuae trinitatis. Heinricus divina favente clementia^{a)}
 rex.: Notum sit omnibus Christi nostrique fidelibus etiam futuris, qualiter nos ob inter-

150. a) huic. b) et. c) Desiderantissimam.

40 151. a) clementia.